FRANCISCVS BARBERINVS PROTONOTARIVS APOSTOLICVS,
Ac Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ Auditor, &c.

NOVERINT Vniuersi,& singuli hoc præsens decreti Instrumentum visuri, lecturi,pariter & audituri; quod ex parte & ad instantiam Illustris. & Reuerendis. Archiepiscopi Cæsaraugustan. ; & aliorum litis consortium principalium; citato hic in Curia per vnum ex Sanctis. D. Nostri Papæ Cursoribus, vt moris est, Domino Iosepho Barberio Procuratore asserto Reuerendis. Decani, Capituli,& Canonicorum Cæsaraugustan. exaduerso principalium ; ad comparendum coram Illustris. D. Locumtenente nostro hora solitæ audientiæ ; & videndum Monitorium expeditum coram Reuerendo Patre Domino Thomato altero Locumtenente nostro sub die 29. Octobris 1689., in cuius locum deputatus fuit infrascriptus Reuerendus Pater Dominus Taurusius super executione litterarum Apostolicarũ Clementis Septimi, sub Datum Romæ 1533. ; & aliarum in illis enunciatarum , & confirmatarum ; reduci ad viam iuris , & declarari esse simplicem monitionem , & citationem ; non autem esse declarationem incursus censurarum , & aliarum pœnarum in dictis litteris Clementis comminatarum dicto Reuerendissimo Instanti, & alijs quibuscumque præsentatum , cum Instans deducere intendat , & allegare causas ; & rationes , ob quas dictæ litteræ Apostolicæ Clementis in multis sint reuocatæ , & non amplius exequendæ ; & donec super deducendis , & probandis iudicatum non fuerit vt eiusdem Instantis existimatio, & summissa obedientia , quam Sedi Apostolicæ , eiusque literis profitetur in omnibus , & per omnia integra , & salua sit , & ab Aduersarijs , vti eius contemptor , & in censuris incursus non laceretur , & publicetur ; prout factum fuit , prædictam declarationem, prouisionem, & aliud quodcumque decretum magis congruum, & opportunum fieri , & interponi ad primam diem ; Ipsa adueniente hora solitæ audientiæ , comparuit in iudicio coram eodem infrascripto Reuereudo Patre Domino Locumtenente nostro in locum Reuerendi Patris Domini Thomati subrogato, Dominus Franciscus Iacobellus Procurator petijt vt supra ; Ex tunc dictus Dominus Locumtenens declarauit supradictum Monitorinm fuisse , & esse simplicem monitionem , & citationem vt supra Procuratore exaduerso præsenti omni, &c. Quo circa vobis omnibus , & singulis supradictis , cæterisque ad quos spectat , & spectabit præmissa intimamus , insinuamus , notificamus , & ad notitiam deducimus , & deduci volumus , & mandamus per præsentes , nè ignorantiam aliquam præsumere ; seu allegare valeatis . In quorum fidem &c. Datum Romæ ex ædibus nostris hac die 25. Februarij 1690.

Dominicus Taurusius Locumtenens.

Loco ✝ Sigilli.

Pro D. Iosepho Maria Belletto Notario .
Bernardinus Ciancarinus Connotarius .

Memorialium folio 69. Instrumentum decreti.

ROMÆ, Typis Reuerendæ Cameræ Apostolicæ . MDCXC.

FRANCISCVS BARBERINVS PROTONOTARIVS APOSTOLICVS,

Ac Curiæ Caufarum Cameræ Apoftolicæ Auditor, &c.

NOVERINT Vniuerfi, & finguli hoc præfens decreti Inftrumentum vifuri, lecturi, pariter & audituri, quod ex parte & ad inftantiam Illuftris. & Reuerendis. Archiepifcopi Cæfarauguftan., & aliorum litis confortium principalium, citato hic in Curia per vnum ex Sanctis. D. Noftri Papæ Curforibus, vt moris eft, Domino Iofepho Barberio Procuratore afferto Reuerendis. Decani, Capituli, & Canonicorum Cæfarauguftan. exaduerfo principalium, ad comparendum coram Illuftris. D. Locumtenente noftro hora folitæ audientiæ, & videndum Monitorium expeditum coram Reuerendo Patre Domino Thomato altero Locumtenente noftro fub die 29. Octobris 1689. in cuius locum deputatus fuit infrafcriptus Reuerendus Pater Dominus Taurufius fuper executione litterarum Apoftolicarū Clementis Septimi fub Datum Romæ 153[illegible] & aliarum in illis enunciatarum, & confirmatarum, reduci ad viam iuris, & declarari effe fimplicem monitionem, & citationem, non autem effe declarationem incurfus cenfurarum, & aliarum pœnarum in dictis litteris Clementis comminatarum dicto Reuerendiffimo Inftanti, & alijs quibufcumque præfentatum, cum Inftans deducere intendat, & allegare caufas, & rationes, ob quas dictæ litteræ Apoftolicæ Clementis in multis fint reuocatæ, & non amplius exequendæ, & donec fuper deducendis, & probandis iudicatum non fuerit vt eiufdem Inftantis exiftimatio, & fummiffa obedientia, quam Sedi Apoftolicæ, cuiufque literis profitetur in omnibus, & per omnia integra, & falua fit, & ab Aduerfarijs, vti eius contemptor, & in cenfuris incurfus non laceretur, & publicetur, prout factum fuit, prædictam declarationem, prouifionem, & aliud quodcumque decretum magis congruum, & opportunum fieri, & interponi ad primam diem; Ipfa adueniente hora folitæ audientiæ, comparuit in iudicio coram eodem infrafcripto Reuerendo Patre Domino Locumtenente noftro in locum Reuerendi Patris Domini Thomati fubrogato, Dominus Francifcus Iacobellus Procurator petijt vt fupra; Ex tunc dictus Dominus Locumtenens declarauit fupradictum Monitorium fuiffe, & effe fimplicem monitionem, & citationem vt fupra Procuratore exaduerfo præfenti omni, &c. Quo circa vobis omnibus, & fingulis fupradictis, cæterifque ad quos fpectat, & fpectabit præmiffa intimamus, infinuamus, notificamus, & ad notitiam deducimus, & deduci volumus, & mandamus per præfentes, ne ignorantiam aliquam præfumere, feu allegare valeatis. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex ædibus noftris hac die 25. Februarij 1690.

Dominicus Taurufius Locumtenens.

Loco ✠ Sigilli.

Pro D. Iofepho Maria Belletto Notario.
Bernardinus Ciancarinus Connotarius.

Memorizalium folio 69. Inftrumentum decreti.

ROMÆ, Typis Reuerendæ Cameræ Apoftolicæ. MDCXC.